

in altum nitebatur, sed appensum saxum alteram in imum trahebat, eo significatu, ingenium, sapius, quo minus emergat, inopia impeditur. Ita sanè animus ad sui originem adipiratur, sed eum corpus miserabili mole degra-

Matt. 26. 41. Spiritus hiedem promptus est, caro autem infirma.
Hier. 17. 6. Hinc dicitur Hieronymus: Impossibile est, inquit, huma-
L. 4. in c. 6. nam animam non tentari. Unde & in oratione Dominica
Matt. 17. 1. p. 60. dicimus: Ne nos inducas in tentationem: quam ferre
Matt. 6. 13. non possumus. Non tentationem penitus resutantes, sed vires
Idem 26. 41. sustinendi in tentationibus deprecantes. Ergo & impræsentiarè
 non ait: Vigilate & orate, ne tentemini, sed ne intetis
 in tentationem, hoc est, ne tentatio vos superet & vincat,
 & vos intra casses teneat. Iosephus Ægypti prorex à
 libidinum præside Asmodæo tentatus est adulterio,
 sed iuuenis castissimus in tentationem non intrauit. Su-
 fanna quoque à nequissimis duobus vetulis est tentata,
 sed nequilla intrauit in tentationem. Has vires, hanc

Hier. eod. in c. 6. epist. ad Gal. libi p. 155. vincenda tentationis gratiam à Deo postulamus. Nam
 vinci, ait Hieronymus, vel vincere, nonnunquam in nostra
 est potestate; ceterum tentari in potestate tentantis est. Si
 enim Saluator tentatus est, quis potest esse securus intentatum
 se vite huius marie transire?

§. II.

Sunt homines animi pulli qui secum iam planè
 factum putent, cum paulò acerbius tentantur. Ho-
 minem ita pauidam erudiens Gregorius: Unde fit, in-
 quit, ut dum subita tentationis procella tangitur, despectum
 se à Deo & perditum suspicietur? Que quidem tranquillius
 se præuidet, tolerat; eorum tamen omnino certamina, etiam-
 si præuideat, non declinat, quia cursus nostri itineris nequa-
 quam peragitur sine pulvere tentationis. Subinde vero ita cir-
 cumsumentibus tentationum matibus angustatur, ut rectè
 de eo dici debeat: Abominabilis est fit in vita sua panis &
 anime illius obus ante desiderabilis. Sed nemo desperet:
 Misericors Deus probati nos permittit tentationibus,
 non reprobari. Hic oleum solatii affundens lobi liber;

Greg. l. 24. Moral. c. 13.
Iob. 33. 20. In tentatio-
 nibus non
 desperandū.
Ibid. 22. 5.
Ibid. 26.

Appropinquit corruptioni anima eius, inquit, & vita il-
 lius mortiferis. Consuetudo est caro eius à suppliciis. Sed ad-
 dit: Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit
 faciem eius in iudicio.

Nemo liber, nemo tutus à tentatione, sicuti bellum
 neminem pronuntiat secutum à plumbea glande, aliis-
 que vitæ periculis. Fistulis ferreis in bello personant
 omnia, & hoc quotidianum est; tormentorum eneo-
 rum tonitrua non expauescit miles, qui sæpe puluerem
 tormentarium habet, & panem non habet. Id tamen
 generosum militem nihilominus solatur, quòd hosti
 possit resistere, cum fami vix possit. Ita proflus Chri-
 stianum non terreat tentationes, etsi magna vi cater-
 uatim irruant: habet vnde iis resistat, etsi solatiorum
 fomenta non habeat quibus animum refoeat: Non re-
 fert; Non pugnat tantum, sed & vincere possumus,

Christianaus miles omni solatio de- stitutus pro Domini Ie- sv gloria certare de- ber.

tametsi solatii careamus. Imò tãto gloriosior est victo-
 ria, quantò difficilior pugna, quantoque minus sensilis
 habet præsidij. Non est arduum pugnare pro Christo
 cum diuina desuper rorent solatia: hoc viri est, & verè
 Christiani militis, omni solatio destitutum, pro Domi-
 ni Ie sv gloria decertare, & cælum licet nubilum, licet
 ferreum amicissimis tamen vocibus salutare. Hoc proflus
 est conformem fieri imaginis filij Dei, qui crucis
 tormenta passus: Sustinuit, ait, qui simul contrisaretur, &
 non fuit, & qui consolaretur, & non inueni. Omnes viden-
 tes me, deriserunt me. Quoniam non est qui adiuret. Deus
 meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Hæc certandi
 norma Christianis ad imitatione proponitur, vt tentari
 vel acerbissime ad suum se ducem conformet. Hæc
 omnis vita plena laqueis, tentationibus plenissima.

Rom. 8. 19.
Psal. 68. 21.
Psal. 118. 12.
Matt. 27. 46.

Quod explicans Ambrosius*, Inueniunt, inquit, ho-
 mo mortis, noris appetentiam potestates mundi, vt te extollas. Quoties
 mihi p. 249 in oratione nobis, qua maxime Deo appropinquamus, of-
 funduntur ea, que plena sunt approbrii aut sceleris; quo nos

* Ambros. l. 1. l. de bo- nis mortis, noris appetentiam potestates mundi, vt te extollas. Quoties mihi p. 249 in oratione nobis, qua maxime Deo appropinquamus, of- funduntur ea, que plena sunt approbrii aut sceleris; quo nos

à studio peccationis auerant. Quoties inimicus cordi nostro conatur inferere, quo nos reflectat à sanctitatis proposito & piis votis. Quoties corporales inflammat ardores. Quoties occurrere facit vultus meretricios, quibus castum insti tenere affectum, vt improvise amoris speculo feriat imperatum. Quoties inserit animo tuo verbum iniquum, & cogitationes cordis absconditas, de quo tibi dicit lex: Attende tibi, ne fiat verbum absconditum in corde tuo iniquum, & dicat tibi Dominus: Quid cogitabis mala in corde tuo? Sed in oblitiscere quasi bonus miles Christi Ie sv, & inferiora oblitiscens terrena despicens ad caelestia & æterna contem- de. Atobe animam tuam, ne am illicia esca laqueorum. Voluptates saculi, esca sint, & quod peius est, esca malorum, esca tentationum. Dum voluptatem queris, laqueos incurris, Omne iter istius vite, plenum laqueorum est. Laquei in corpore, laquei in lege, laquei in pimis templorum, in credidibus parietum tenduntur à diabolo. Laquei in phi- loSophis, laquei in cupiditatibus: oculus enim meretricis la- queus est peccatoris. Laqueus in pecunia, laqueus in reli- gione, laqueus in studio castitatis. Exiguus enim momen- tis mens inclinatur humana, & huc atque illuc pro versutia suadentis frequenter impellitur. Quisquis est, strenuè pugna, vt denique cantare possis illud epinicion: Anima nostra sicut passer crepta est de laqueo venantium, laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

Matt. 6. 2.
Idem 5. in Luc. 4. mihi p. 47.
Ps. 123. 7.

§. III.

Hebraus psaltes canit: Dominus interrogat iustum &
 impium. Sed quænam, oro, crebrius: illum an
 istum? quem securus interrogat, quem aperius ten-
 tat? Hoc scire nostrum non est. Hoc sciamus, tenta-
 tiones foribus excubare, vbique obuias occurrere, in
 conclauæ nostrum (parum hoc) in cor nostrum pene-
 trare. Tentatio in hortum omnium animum perpe-
 rit. Orcinus coluber rimam certè repetit, quia infer-
 ret. Vel ipsius cæli foribus se futrum admodum ausa
 superbie tentatio, inò in ipsam etiam cælum perpe-
 trauit, & seditionem illic inter Angelos inauditam, in-
 fandam concitauit. Locis omnibus infidias fruit ten-
 tatio.

Psal. 10. 5.
 Tentatio in
 omnibus lo-
 cis infidias
 fruit.

Chrysofomus creberrimam mentionem regis He-
 bræi David iniiciens: Dæro, inquit, & æstuo, ac men-
 te excido, quomodo Hæro rex, propheta, Dei seruus,
 Christi pater & auus carne, humilitate armatus, virtu-
 tibus plenus, vir secundum cor Dei, peccatis maximis
 pessumdari permittitur: Tentatus & lapsus corruit. Le-
 gem seuerat: non machaberis, non occides. Et mæchus ta-
 men & homicida fuit. Dei propheta. Itaque qui se existi-
 mas stare, videat ne cadat. David ipsemet orabat: Cum
 defecerit virtus mea, ne derelinquas me. Et vsque in sen-
 ctam & senium, Deus, ne derelinquas me. Nec bisipii, nec
 diabolo quisquam fidat, tametsi possit dicere: Ego vigi-
 liis, ego precibus, ieiuniis, lacrymis, ciliciis in hostem
 me armo; castigo corpus meum, largas do elemosynas,
 sacras præceptiones optimas & legi sapius & audiui,
 hæctenus vtcunque feliciter progressus sum. Nihilomi-
 nus quisquis es, vide ne cadas. Nam illa omnia & regi
 David fuerunt vsitata. Orauit rex iste. Hinc illa psal-
 morum testimonia: Septies in die laudem dixisti tibi. Ieiun-
 auit: Genia mea immutata sunt à ieiunio & caro mea
 immutata est. Vigilauit: Media nocte surgebam ad cor-
 pificandum tibi. Fleuit: Lauabo per singulas noctes lectum
 meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Castiganit
 corpus, Inducebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam
 meam. Aliis etiam rigoribus carnem maceravit: Cine-
 rem tanquam panem manducabam, & potum meum
 cum steru miscebam. Et tamen tentatus & lapsus est.
 Ne confidamus itaque stantes, ait Chrysofomus, sed
 nobis ipsis dicamus: Qui videtur stare, videat ne cadat.
 Neque iacentes descremus, & nobis dicamus: Nunquid
 qui

Libry Generatione Iesu Christi filij Dauid.
Matt. 1. 1.
1. Cor. 10. 12.
Ps. 79. 6. 10.
Ps. 118. 164.
Ps. 108. 24.
Ps. 118. 62.
Psal. 6. 7.
Psal. 34. 11.
Ps. 101. 10.
Chryf. 1. 3.
hom. 72. mi
bi p. 307.
 qui